76

Andreas Eppus Posnaniensis incorporat Canonicatus et prabendas personales et Sacerdotales de Altarium SS. Petri et Pauli Apostolorum, Stanislai, Stephani protom. redditibus de Data Posnaniæ in loco Sessione Capituli in Sacristia S. Stanislai in Dominica quæ cantatur quasi modo Geniti Anno Domini — — 1314

Privilegium Vladislai hæredis Regni Poloniæ quo mediante Venerabili in Christo Patri Andreæ Eppo Posnanien suisque Successoribus Eppis dedit et contulit jus et utilitatem monetæ sive denarios cudendi in Slupca juxta quantitatem et qualitatem moneta Regni Poloniæ cum libero cursu in integro Regno Poloniæ de Datum in Slupca Otio Idus Januarii Anno Domini — 1314

Privilegium eiusdem declarantis et recognoscentis quod Rmus in Xto Pater Andreas Eppus Posnanien a nobili viro Nicolao de Bozeczyn hæreditatem dictam Szelingi pro certa summa inter se pactata emerit et coram se idem Nicolaus Dno Eppo recognoverit quam eius modi venditionem et resignationem idem Serenissimus Vladislaus

approbat et confirmat, de Datum in Stupcza tertio Idus Ianuarii praesentibus Mielone Cujavien: Palatinis Pretpelkone Castellano Posnan: Alberto in Peycyno Lasczona de Pulogi et Segotta de Goluchowo A^o 1314

Privilegium Simonis Custodis Ecclesiae Cathedral: Posnanien: qui fuit filius Comitis Nicolai dicti Czapla quo mediante hereditatem suam quae Czaplera nuncupatur cum sortibus sua pecunia comparatis eidem hereditati contiguis quae Sortes Chrosty et Gola de Kamenez communiter nominant: et quae se extendunt a Sylwa dicta Kecyna et Bruszere usque ad metes Lubnice et Trzeczenica dat et resignat Ecclesiae majori in Posnania de Data in Kozten Praesentibus Domarato Eppo Posnanien Gerlibo Scholastico Gnesnen: feria tertia post dominicam Reminiscere. Anno 1314